

# EVCLIDIS MEGARENSIS GRAE

CI PHILOSOPHI, ARITHMETICORVM ELE/ MENTORVM LIBER SEPTIMVS.

Euclidis ex Zamberto.

Diffinitiones.

Unitas. μονα  
Numerus. αριθμος  
Partes.

Multiplex. πολλαπλασιος

Par. Αρτιας  
Impar. περιττος

Pariter par. Αρτιας Αρτιας

Pariter impar. Αρτιας Περιττος

Impariter par. Περιττος Αρτιας

Impariter impar. Περιττος Περιττος

Primus. Αρτιας

Compositus. Περιττος

Compositi adinvicem. Περιττος Αρτιας

Latera. Αρτιας

Solidus. Περιττος

Quadratus. Αρτιας

Cubus. Περιττος

Similes plani. Αρτιας

Perfectus. Αρτιας

Primorum adinvicem proprietas. Αρτιας



Nitas, est qua unumquodq; eorum quæ sunt unum dicitur. 2 Numerus autem, ex unitatibus composita multitudo. 3 Pars, est numerus numeri minor maioris, quādo dimetitur maiorem. 4 Partes autem, quando non metitur. 5 Multiplex vero, maior minoris, quando eum metitur minor. 6 Par numerus, est qui bifariam dividitur. 7 Impar vero, qui bifariam non dividitur, uel qui unitate differt à pari. 8 Pariter par numerus, est quem par numerus metitur per numerū parem. 9 Pariter autem impar, est quem par numerus metitur per imparem numerum. 10 Impariter vero par, est quem impar numerus dimetitur per numerum parem. 11 Impariter vero impar numerus est, quem impar numerus metitur per imparem numerū. 12 Primus numerus, est quem unitas sola metitur. 13 Primi adinvicem sunt numeri, quos unitas sola dimetitur cōmunis mensura. 14 Compositus numerus, est quem numerus aliquis metitur. 15 Compositi autem adinvicem numeri, sunt quos numerus aliquis cōmunis dimensor metitur. 16 Numerus numerum multiplicare dicitur, quādo quotæ sunt in ipso unitates toties componitur multiplicatus, & gignitur aliquis. 17 Quando autem bini numeri sese adinvicem multiplicantes, aliquem fecerint, factus, planus appellatur. Latera vero illius, multiplicantes sese invicem numeri. 18 Quando vero tres numeri sese multiplicantes adinvicem fecerint aliquem, factus solidus appellatur, latera vero illius, multiplicantes sese invicem numeri. 19 Quadratus numerus, est qui æque æqualis, uel qui sub duobus æqualibus numeris continetur. 20 Cubus vero, qui æque æqualis æque uel qui sub tribus æqualibus numeris continetur. 21 Numeri proportionales, sunt quando primus secundi, & tertius quarti æque fuerit multiplex, uel eadem pars uel eadem partes.

Similes plani & solidi numeri, sunt qui proportionalia habent latera. Perfectus numerus, est qui sui ipsius partibus est æqualis.

Eucli. ex Camp.

Propositio 1.



Si à maiore duorum numerorū minor detrahatur donec minus eo supersit, ac deinde de minore ipsum reliquū donec minus eo relinquatur, itemq; à reliquo primo reliquum secundum quousque minus eo supersit, atq; in huiusmodi continua detractioe nullus fuerit